





12923

8.

Quod Deus bene vertat 1612.
COLLEGII FEUDALIS 3
DISPUTATIO I.

DE
ORIGINE FEUDORUM,
DE CONSCRIPTORIBUS & Auctoritate Juris feudalis.

Quam
In celeberrima VVitebergensium
Academia

SUB PRÆSIDIO
HELFRICI ULRICI HUNNII
Marpurgensis Hessi J.U.D.

Privati exercitij causa proponit
JOHANNES JACOBUS
BACHMANNUS

Ad diem 23. Maij horis à sexta
antemeridianis.

VVITTEBERGÆ,
Typis Johannis Gormanni.

1612.



8

151/152

In celeberrima Vindobonensi
 Academia
 Publice
 Habita
 Disputatione
 De
 ORIGINIBUS FEUDORUM
 Auctoritate
 RICHARDI SCHNEIDERI
 Praeceptoris
 JOHANNIS JACOBI
 BACHMANNI
 Typis
 WITTEBORGENSIBUS
 MDCCCLXXII



DISPUTATIO I. FEUDALIS.

De

Origine Feudorum, de con-
scriptoribus & Authoritate juris feudalis.

THESIS I.



*Q*uin feudorum institutum, ut utilissi-
mum ita & vetustimum sit, vix quis-
quam est, qui inficias eat.

II. At circa quodnam primùm tem-
pus feuda fuerint introducta, non con-
venit inter Feudistas.

III. Primò enim quidam feudorum initia ad pri-
mæ Monarchiæ principium referunt. Gödd. in dis-
put. feudali 7. thes. 1. Johannes Niellius in dispu-
tat. 7. feud. th. 7. Johannes Henricus Linckius in
tractat. feud. tit. 1. n. 6.

IV. Alij verò ex illis quæ de hominibus, h. e. procu-
ratoribus, actoribus, custodibus, Colonis & Emphy-
teuticarijs hinc inde in jure civili scripta leguntur
originem feudorum deducunt. Jacobus Cujac. in pro-
legom. comment. feud. & lib. 8. obs. 14. Quem pro-
more sequitur Borcholt. in comm. feud. cap. 2. n. 12.

V. Nonnulli à Clientelis Romanorum, sub initium

A 2

urbis

*urbis condita, à Romulo institutis, derivant Udal-
ricus Zasius in Epit. feudali part. 1. n. 1. Budæus ad
L. Herennius ff. de Eviçt. Hanneton. de feud. cap.
2. in princip.*

*VI. Sunt etiam, qui à militiis Romanorum, quarum
in Novellis constitutionibus frequentissima fit men-
tio feuda fluxisse existiment Haloander in Novell.
53. & 57. Et qui è recentioribus hunc sequuntur.*

*VII. Et qui ab armatis militiis originem habere
statuunt. Vigl. Zuichemus in rubric. tit. de milit. te-
stam. num. 22.*

*VIII. Nec desunt qui ab agris limitrophis seu limi-
taneis, quos in limitibus Imperij sitos Romani prin-
cipes solebant militibus assignare, originem illorum
repetant, Sonsbec. in tract. feud. part. 1. n. 34. Læ-
lius Taurellus in lib. sign. de milit.*

*IX. Alius quidam à prædijs stipendarijs & tribu-
tarijs, quorum passim jus nostrum civile meminit,
feuda descendere existimat. Lucas de penna in
l. quicumq; C. de omni agro deserto & in l. i. C. de
petit. bon. sublat.*

*X. Franciscus Connanus feuda à Gallis primum
introducã fuisse ab iisdemq; ad Germanos, Italos
& Hispanos, aliosq; Europe populos pervenisse existi-
mat in lib. 2. comm. 9.*

*XI. Frequentior opinio est à Carolo Magno demum
feuda*

*feuda inventa fuisse ac sub eius imperio usurpate.
pisse Vult de feud. lib. i. feud. c. 1. n. 14. Johan. Ferrar.
Montan. in lib. 1. comment. feudal. cap. 1.*

*XII. Quoniam Vultejus jus feudorum & nomina
in eo jure usurpata à Longobardis invecata & con-
stituta fuisse post Rosenthaliū affirmet. d. c. 1. n. 14.*

*XIII. Omnium receptissima verissimaq; opi-
nio est illorum, qui feuda eorundemq; jura ad mores
Longobardorum referenda existimant. Duaren. in
comment. feud. cap. 3. n. 4. VVesemb. de feud. c. 3.
n. 2. Hotom. in disputat. feudali cap. 3. Rosenthal.
cap. 1. concl. 8. petr. Heig. part. 1. quæst. 1. n. 31. &
seqq. Johan. Ruding. lib. 1. variar. lect. feud. cap. 1.*

*XIV. Hi vero mores ac consuetudines paulatim
locupletata & aucta tam aliorum populorum mori-
bus quàm Imperatorum constitutionibus, in scriptu-
ram redacta & aliquot libris comprehensa fue-
runt: A quo autem cuiusve auctoritate illud sit fa-
ctum, non perinde expeditum est.*

*XV. Communis & inveterata est Interpp. opi-
nio, à duobus consulibus Mediolanensibus, Gerbardo
Nigro, & Oberto de orto conjuncta operà jus feu-
dale non scriptum in scripturam fuisse redactum.
Hanneton. de feud. cap. 1. Caccialupus de feud. ar-
tic. 1. n. 3. Schrad. part. 1. cap. 1. n. 3. Et è veteribus
ad unum propè omnes.*

XVI. Alij Gerbardum Nigrum libri primi Ober-
tum verò de Orto secundi & tertij authorem consti-
tuunt Cujac. in princip. lib. 1. Feud. & eum secutus
Johannes Borcholt de feud. cap. 2. n. 28.

XVII. Quidam soli Oberto id tribuunt. Carolus
Molinæus in consuetudin. parisiensibus tit. 1. n. 45.
Vvesemb. in præem. tractat. feud. n. 2.

XVIII. Rursus alij non privati alicujus; sed Impe-
ratoris Romani operâ & auctoritate libros feudo-
rum compilatos fuisse asserunt. Guerrinus Pifo
Soazius in prælud. feud. cap. 1. n. 21. post petr. Lori-
ortum, quem ibidem allegat.

XIX. Nobis placet præ cæteris illorum opinio, qui
libros feudorum non habere certum aliquem autho-
rem, sed esse rapsodiam quandam ex variis consue-
tudinibus tum Longobardorum; tum Mediolanen-
sum; tum aliorum etiam; nec non ex Imperato-
rum quorundam constitutionibus consutam à pri-
vatis. per ea que tradunt Hotom. in præfat. com-
ment feud. Duaren. in comm. feud. cap. 1. n. 4.
Hartman. Pistor. lib. 2. Quæst. 34. Johan. Ferrar.
Montan. lib. 1. de feud. cap. 3. Ruding. lib. 1. var.
lect. c. 3. Johan. Niel. in disputat. 1. thes. 3. lit. a.

XX. Postquam autem jam consuetudines feudales
ita ut diximus in Scripturam redactæ sunt, & ut
post dicetur, ab Imperatore approbatæ; Non otiosè
queritur:

queritur: m̄aserintne consuetudines; an vero cœpe-
rint jus esse scriptum?

XXI. Et quidem de constitutionibus Imperatorum
quas libris feudorum insertas esse modò dicebamus,
dubium non est, quin pars sint juris scripti § 3. J. de
jure Nat. Gent. & Civil. l. 1. ff. de constit. princ.

XXII. Verùm de Consuetudinibus Longobardo-
rum, è quibus maxima sui parte jus feudale confla-
tum est, omnis est concertatio. De quibus tamen
communis est opinio, quod etiamnum hodie sint jus
non scriptum, nec in scriptum jus fuerint conversa.
Sonsbec. part. 1. n. 24. Johan. Ferrar. Montan. de
feud. cap. 2. Curt. Jun. de feud. quæst. 1. n. 11. Dua-
ren. cap. 1. n. 3. Rosenthal. in synopsi feudali cap. 1.
concl. 8. Vult. de feud. cap. 1. n. 8. Johan. Niell. disp.
1. feudal. th. 2. lit. a.

XXIII. Veruntamen contrarium nobis verius ac
fortioribus rationibus subnixum videtur, id ipsum
quoq; comprobantibus Johan. Reinaldo in compre-
hensorio feud. in princip. Ludolpho Schrader. part.
2. sect. 3. n. 114.

XXIV. Vnde facilis est decisio illius quæstionis
qua queritur; utrumne libri feudorum authorita-
tem aliquam in Imperio Romano obtineant, & cives
Romanos ad observantiam obstringant?

XXV. Et licet quidam è veteribus omnem omnino
autho-

authoritatem illis jam olim denegarint: Andr. de Ifernina in cap. 1. de feudi cognitione & Hostiensis in summa. de immunitate Ecclesiae v. si verò paternum.

XXVI. Quia tamen ab Imperatore Romano sunt approbati; Sinon expressè ut post Loriottum novissimè docuit Guerrinus Pifo Soacius in prælud. feud. cap. 1. n. 21.

XXVII. Tacitè tamen; dum illos in Academiis publicè juventuti prælegi, & in judiciis secundum eosdem judicari sciens est passus: Multaq; insuper illis addidit; multaq; detraxit tit. 13. lib. 1. Feud. & tit. 44. 55. lib. 2. Feud.

XXVIII. Dubitandum non est, quin in Imperio Romano plenam habeant authoritatem juris. Duarenus de feud. cap. 1. n. 5. Borcholt. cap. 2. n. 30. Curt. Jun. quæst. 1. part. 1. Vult. in comm. feud. lib. 1. cap. 1. n. 5. Sonsbec. part. 1. n. 22. Zasius in prælud. feud. n. 3. Schneidevvin in Epitom. feud. part. 1. n. 1. Gôdd. disput. 1. thesi 6. Rudinger. lib. 1. var. lect. feudal. c. 2. Henric9 Linckius de feud. part. 1. n. 1. Fachin. 7. contr. 2. Hanneton. de feud. lib. 1. cap. 1. Duaren, in comm. de consuetud. feud. cap. num. 5.

XXIX. Sed num ad omnes indistinctè, etiam ad Ecclesiasticas personas vigorem suum extendant? valdè est controversum: Negant id præfractè Canonista,

*nonista, & ex his Barbat. in capit. cæterum extr. de
judic.*

*XXX. Eò quòd pugnet tam cum Divino, quàm Ca-
nonico jure, Clericum subesse judici Laico. Id quod et-
jam novissimè prolixius defendit Robert. Bellar-
min. lib. 1. cap. 28. de Clericis.*

*XXXI. Franciscinus Curtius Jun. distinguit Vt
consuetudinibus Longobardorum & Mediolanensi-
um teneatur persone quoq; Ecclesiastica. Cõstitutio-
bus verò Imperatorum, quæ libris feudorum inser-
tae sunt non item. in tractat. feud. part. 1. quæst. 3.
cui respondet Schrader de feud. part. 1. n. 26.*

*XXXII. Verùm quòd indistinctè juri feudali sub-
jaceat Clerici omnes, tam divino, quàm humano juri
consentaneum est. Vult. in tr. feud. lib. 1. cap. 1. n. 8.
Sonsbec. part. 1. n. 26. Schrader part. 1. n. 26. Intri-
gl. quæst. 14. Ruding. lib. 1. var. lect. feudal. cap. 78.
Sneidevvin. part. 1. n. 6. Guerrinus Pilo Soazius in
prælud. feud. cap. 3. Gödd. in disput. feud. 1. th. 8.*

*XXXIII. Nam jure divino Ecclesiasticas perso-
nas magistratui politico ejusdemq; Legibus subditas
esse ostendunt ac docent expressi textus juris divini
ut Matth. 20. v. 25. Luc. 22. v. 26. Rom. 13. in prin-
cip. Actor 25. Lambert. Danaus in politica Chri-
stiana lib. 6. cap. 3. pag. 402. & seq David Paræus in
com. Epist. ad Rom. cap. 13. in prin. dubio 1.*

B

34. De

XXXIV. De jure pontificio res itidem videtur expedita & omni scrupulo carere: cum Pontifex ipse Ecclesiasticas personas ad Dominos feudi, quantumvis laicos, remittat in capit. cæterum. de judic. cap. verū & cap. ex transmissa. exter. de for. compet.

XXXV. Et quidem non solum laicos sed clericos etiam in tantum Legibus civilibus teneri existimari, ut etiam quoad conscientiam illis astricti sint, iisdemq; sub reatu pœne aeternæ parere teneantur cap. 13. Ad Rom. v. 5. Dominic. à Soto lib. de justitia & jure quæst. 6. artic. 4. Diss. Vasquius, Illustr. contr. 28. n. 14. 15. & seqq. & cap. 29. n. 1.

XXXVI. Sed utrum jus feudale etiam extra materiam feudalem in decidendis & dijudicandis controversijs civilibus allegabile sit, suamq; obtineat auctoritatem, admodum controversum est? Affirmant hoc quidam indistincte per tit. 1. lib. 2. Feud. Andr. de Isernia in prælud. feud. & Bald. in capit. unic. an agnat. vel filij rep. her.

XXXVII. Alij indistinctè negant: Bart. in l. ut. iurandum §. si liberi in pr. & circa finem. Rittersh. in partit. feud. lib. 1. cap. 1. q. 11. Vaud. lib. 1. contr. quæst. 9. Nicol. Mozzius in tit. 1. unde dicatur feudum n. 36. Jacob. de Belvis. in cap. unic. Episcop. vel Abbas.

XXXVIII. Nonnulli distinguunt: Ut si quid jus feudale contrarium juri civili disponat, tum illud non nisi

nisi in materia feudali locū obtineat: in jure a. civili
nullā sibi auctoritatem vindicet arg. c. 1. lib. 2. Feud.

XXXIX. Sin v. quid disponat quod sit secundum aut
prater jus civile, tum illud ad controversias civiles
decidendas commodissimè allegari queat. *mau' ad rem
ni huj.* Quae sen-
tentia vera est per. d. t. 1. lib. 2. F. Borcholt. de feud
c. 2. n. 31. & sq. Vult. cap. 1. n. 9. Curt. Jun. de feud. cap.
3. Johan. Henricus Linckius in tractat. feud. part. 1.
n. 2. Rosenthal. in synopsi feudali cap. 1. concl. 10.
Intrigl. de feud. quæst. 11.

XL. Sicut a. jus feudale in controversiis civilibus de-
cidēdis, ita ut in odò dictū est, allegari potest: ita vicif-
sim jus civile in cōtroversijs feudalibus. Sed hoc tūc
demū, si controversia illa feudalis in jure civili neq;
expresse decisa sit, nec per consequentiam ex verbis
aut ratione juris civilis decidi queat. tit. 1. lib. 2. F.
l. 17. l. 29. l. 30. ff. de LL. l. 5. C. eod. l. 6. §. ff. de V. S.
Rosenthal. cap. 1. Concl. 17. lit. a. Montanus de
feud. cap. 4. per totum. Intrigl. de feud. quæst. 13.
Schrad. part. 1. quæst. 4. Curt. Jun. part. 5. quæst. 4.
Vult. lib. 1. cap. 4. n. 8. & lib. 2. cap. 3. n. 24. & 25.
Niellius in disputat. feud. 1. th. 4. lit. a.

XLI. Hinc quæstio exsurgit non perinde expedita;
Numq; argumentum à contrario sensu locum sibi in
materia feudali vindicet; ita ut jure feudali expres-
so non extante excludat dispositionem juris civilis?

B 2

Nega.

Negativam tenet post Bald. in cap. 1. lib. 1. F. & Jafonem in l. 1. n. 59. C. de jure Emphyteutico. Everhardus in top. in loco à contrario sensu n. 30.

XLII. Rectius tamen illi, qui argumentum istud admittunt etiam ad excludendam dispositionem juris Civilis. Franciscus Curtius Jun. de feud. c. 5. quæst. 4. Schrad. part. 1. quæst. 4. Intrigl. de feud. quæst. 13.

XLIII. Deficiente porrò jure feudali, ita ut ad jus civile recurrendum sit, prout hætenus dictum est, si fortassis circa incidentem aliquam controversiam jus Canonicum à civili dissentiat; utrum jus alteri præferri debeat, queritur? Sunt qui jus Canonicum civili indistinctè tam in foro seculari quam Ecclesiastico præferendum existiment; quos sequitur Schrader part. 1. quæst. 6.

XLIV. Quidam distinguunt ut in foro seculari jus civile præferatur Canonico, si causa nec spiritualis sit, nec conscientiam concernat: In foro autem Ecclesiastico præferatur jus pontificium; maxime si causa talis sit, quæ conscientiam & pietatem concernat, Curtius Jun. part. 1. quæst. 2.

XLV. Verior est tamen opinio illorum, qui simpliciter & indistinctè in casu proposito Jus civile præferunt juri Canonico arg. cap. 13. in pr. ubi Paræus. ad Rom. & cap. 20. v. 25. Matth. cap. 22. v. 26. Lu-

cæ &

cæ & cap. 2. v. 4. poster. ad Timot: Niellius in di-
sputat. feud. 1. thes. 4. lit. b.

*XLVI. Ex hæctenus dictis aliquo modo colligitur
quo modo & ordine in decidendis & explicandis
questionibus feudalibus procedendum sit: Ad ac-
curatorem vero ejus intellectum sequentes regulæ
observandæ sunt.*

*XLVII. Ut nempe primo inspiciantur pacta &
tenor investituræ l. 23. l. semper in stipulationibus^{39.}
ff. de R. Jur. tit. 8. lib. 2. Feud.*

*XLVIII. Quandoquidem pacta dare solent nego-
cijs, quibus apponuntur, legem eorumque naturam
alterare & immutare possunt. l. 7. § quinimo ff. de
pact. l. 72. ff. de contrah. empt. l. 52. ff. de V. O.*

*XLIX. Quod si pactis nihil specialiter convenisse
deprehendatur, tum secundo videndum est, qua-
nam sit consuetudo specialis cujusvis loci aut curiæ
Dominicæ. arg. l. in toto ff. de R. Jur.*

*L. Deficiente & hæc, ad jus commune feudorum re-
currendum est, & quid eo constitutum sit, viden-
dum. arg. tit. 1. lib. 2. Feud.*

*LI. Quod si questio in jure communi decisa non
sit, nec expresse, nec per bonam consequentiam, tum,
ut dictum est, ex jure civili decisio ejus petenda est.
d. cap. 1. lib. 2. Feud.*

LII. Denique si nec scripta lex ulla sit, unde possit

B 3

contro-

controversia definiri, procedendum est ad similia; nec tamen ad ea indifferenter omnia; sed ad illa solum quae ex jure consuetudinario sumuntur. Sneydevin. in Epitom. feud. part. 1. n. 10 & seqq. Montan. de feud. c. 4. Vult. de feud. lib. 2. cap. 3. n. 22. cum seqq. Everhard. in topic. Legal. in loco à contrario sensu. Rittersh. in part. feud. lib. 1. cap. 1. quæst. 10.

LIII. Sed quid habendum de capitulis extraordinarijs, quae teste Jacobo de Ardizone in priori compilatione non extiterunt; sed ex Ardizone nobis restituta sunt à Jacobo Cujacio; num & illis eadem, quae ordinarijs tribuenda auctoritas? Affirmare id videtur Cujacius 4. Feud. 73.

LIV. Verum longè rectius alij sic distinguunt; ut si queratur de jure in capitulis ordinarijs deciso, tum si quidem capitula extraordinaria discrepent ab ordinarijs, nullam penitus habeant auctoritatem.

LV. Sin verò cum ordinarijs consentiant, idemq; cum ipsis disponant, tum pro declaratione illorum, quae in ordinarijs capitulis obscurius tradita sunt, possint allegari. Hartman. Pistor. 2. quæst. 15. n. 45. & quæst. 13. n. 59.

LVI. Deniq; si jus contineant in capitulis ordinarijs indecisum, nullam obtineant auctoritatem, utpote publicae Legumlatoris auctoritate destituta.

57. Et

LVII. Et ideo quæ controversia in ordinarijs capitulis decisa non est, etiamsi decisionem habeat in extraordinarijs; tamen pro indecisa habebitur & propterea ex jure civile erit decidenda. arg. d. tit. 1. lib. 2. Feud. Diff. Rüdinger lib. 1. var. lect. cap. 18.

LVIII. Cum porrò frequenter usu veniat, ut in uno eodemq; capitulo plures illaq; discrepantes sententia proponatur citra tamen ullius expressam approbationem aut reprobationem, quæri solet, utri sententia accommodanda sit authoritas; prius relata, an posterius?

LIX. Ad quod respondetur opinionem reprobatam plerumq; ultimo loco proponi: plerumq; dico, quia contrarium nonnunquam accidere solet, ut notat Hartm. Pistor. 2. Quæst. 25. n. 30.

& quæst. 32. n. 2.

Disq. Goldbr. de Jurispr. Gend. Sax. p. m. 29. n. 23.



17

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded.



Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





SB

VD17

Retrokonv.,







B.I.G.

Farbkarte #13



8.

46

Deus bene vertat 1612.

3

DISPUTATIO I.

De

NE FEUDO.

CONSCRIPTORI-

thoritate Juris feudalis.

Quam

ma VVitebergensium

Academia

B PRÆSIDIO

CI ULRICI HUNNII

gensis Hessi J.U.D.

exercitij causa proponit

NES JACOBUS

CHMANNUS

23. Maijhoris à sexta

temeridianis.

ITTEBERGÆ,

ohannis Gormanni.

1612.

